Aurelij Clementis Prudentij In psychomachiā Id est librum de cōpugnātia anime. Prolog⁹ incipit feliciter. Metrū Iambicū.

Senex fidelis prima credendi via est
Abram. beati seminis serus pater
Adiecta cui⁹ nomen auxit syllaba
Abram parenti dictus abraam deo.
Senile pignus q̄ dicauit victime
Docens ad aram cum litare quis velit
Quod dulce cordi qd̄ pium quod vnicum
Deo libenter offerendum credito.
Pugnare nos met cum ꝓphanis gentibus
Suasit: suūq; suasor exemplum dedit
Nec ante ꝓlem cōiugalem gignere
Deo placentem matre ꝟtute editam
Quam strage multa bellicosus spiritus
Portenta cordis seuientis vicerit.
Victum feroces forte reges ceperant
Loth īmorantem criminosis vrbibus
Sodome ꝛ gomorre. quas fouebat aduena
Pollens honore patruelis glorie.
Abraam sinistris excitatus nuncijs
Audit ꝓpinquū sorte captum bellica
Seruire diris barbaroꝝ vinculis.
Armat tercentos terq; senos vernulas
Pergant vt hostis terga euntis cedere
Quem gaza diues ac triumphus nobilis
Captis tenebat impeditum copijs.
Quin ipse ferꝝ stringit. ꝛ plenus deo
Reges superbos mole predarum graues

Pellit fugatos. sauciatos pterit
Frãgit cathenas et rapinam liberat
Auri. puellas. paruulos. monilia
Greges equarum. vasa. vestes. buculas.
Loth ipse ruptis expedit⁹ vinculis
Attrita bois colla liber erigit.
Abraam triumphi dissipator hostici
Redit recepta ple fratris inclitus:
Nequa fidelis sanguinis prosapiam
Uis pessimorum possideret principum.
¶ Adhuc recentem cede de tanta virum
Donat sacerdos ferculis celestib⁹
Dei sacerdos. rex et idem prepotens:
Origo cuius fonte inenarrabili
Secreta. nullũ prodit auctorem sui
Melchisedech qua stirpe. quis maioribus
Ignotus. vni cognitus tantum deo.
Mox et triformis angelorum trinitas
Senis reuisit hospitis mapalia:
Et iam vieta sara in aluo fertilis
Munus iuuentę mater exanguis stupet
Herede gaudens et cachinni penitens.
¶ Hęc ad figuram est prenotata linea
Quam nostra recto vita resculpat pede
Uigilandum in armis pectorum fidelium
Omnemque nostri portionem corporis
Quę capta fędę seruiat libidini
Domi coactis liberandam viribus:
Decet nos large vernularum diuites
Si quid trecenti bis nouenis additis
Possint figura nouerimus sub mystica.

Mox ipse christus qui sacerdos verus est
Parēte nat⁹ alto ⁊ ineffabili
Cibum beatis offerēs victorib⁹
Paruam pudici cordis intrabit casam
Monstrās honorē trinitatis hospitę.
Animā deinde spūs complexibus
Hiç maritam ꝓlis expertem diu
Faciet perenni fertilem de semine
Tunc sera dotem possidens puerpera
Herede digno patris implebit domū

Imploratio ad christum pro spiritualis militię auxilio.

Christe graues hoīm semꝑ miserate labores
Qui patria ꝟtute cluis ꝓpriaqꝫ. sꝫ vna.
Unū nāqꝫ deum colim⁹ de nomīe trino
Non tm̄ ⁊ solū: qꝛ tu de⁹ ex patre christe.
Dissere rex noster quo milite pellere culpas   Dissere i. declara
Mens armata queat nr̄i de pectoris antro.
Exoritur quotiēs turbatis sensibus intus
Sedicio: atqꝫ aīm morboꝝ rixa fatigat
Q̄d tūc pręsidiū ꝓ libertate tuenda?
Queve acies furijs inter ꝑcordia mixtis
Obsistat meliore manu: nec em̄ bone ductor
Magnaꝝ ꝟtutum inopes. neruisqꝫ carētes
Christicolas vicijs populātib⁹ exposuisti.
Ipse salutiferas obsesso in corꝑe turmas
Depugnare iubes: ipse excellentib⁹ armas
Artib⁹ ingeniū. quib⁹ ad ludibria cordis
Oppugnāda potēs tibi dimicet ⁊ tibi vincat
Uincendi ratio est pn̄s. si cōminus ipsas
Uirtutū facies. ⁊ colluctātia cōtra

Viribus infestis liceat portēta notare:

De Fide et Idolatria.

Prima petit campū dubia sub sorte duelli
Pugnatura fides: agresti turbida cultu
Nuda humeros. intonsa comas. exerta lacertos
Nāq; repētinus laudis calor ad noua feruens
Prelia: nec telis meminit nec tegmine cingi.
Pectore sz fidēs valido. membrisq; retectis
Prouocat insani frangēda pericula belli.
Ecce lacessentē collatis virib9 audet
Prima ferire fidem veterū cultura deorū.
Illa hostile caput. faleratasq; tēpa vittis
Altior insurgēs labefactat. et ora cruore
De pecudū saciata solo applicat. et pede calcat
Elisos in morte oculos. aīamq; malignā
Fracta intercepti cōmercia gutturis arctāt
Difficilemq; obitū suspiria lōga fatigāt.
Exultat victrix legio: quā mille coactam
Martyrib9 regina fides animarat in hostem.
Tūc fortes socios parta plaude coronat
Florib9. ardētiq; iubet vestirier ostro:

De pudicitia atq; libidine

Exin gramineo in cāpo cōcurrere pmpta
Virgo pudicitia speciosis fulget in armis.
Quā patrias succincta faces sodomita libido
Aggreditur: piceāq; ardēti sulphure pinū
Ingerit in faciē. pudibūdaq; lumina flāmis
Appetit: et tetro temptauit suffundere fumo.
Sz dextrā furie flagrātis et ignea dire
Tela lupe. saxo ferit imperterrita virgo
Excussasq; sacro tedas depellit ab ore

Nūc exarmatę iugulū meretricis adacto
Trāsfigit gladio: calidos vomit illa vapores
Sanguine coenoso cōcretos. spirit⁹ inde
Sordidus exhalās vicinas polluit auras.
Hoc habet (exclamat victrix regina) supremus
Hic tibi finis erit: semꝑ prostrata iacebis
Nec iā mortiferas audebis spargere flāmas
In famulos famulasq; dei. quib⁹ intima casti
Vena animi sola feruet de lampade christi.
Te ne o vexatrix hoīm potuisse resumptis
Virib⁹. extincti capiti recalescere flatu
Assyriū post q̄ thalamū ceruix olofernis
Cęsa cupidineo madefactū sanguine lauit:
Gemmatūq; thorꝝ mechi ducis aspera iudith
Spreuit. & incestos cōpescuit ense furores
Famosum mulier referēs ex hoste trophęum
Nō trepidāte manu. vindex mea. celit⁹ audax
At fortasse parꝝ fortis matrona sub vmbra
Legis adhuc pugnās dum tꝑa nr̄a figurat
Vera quib⁹ virtus terrena in corꝑa fluxit
Grande ꝑ infirmos caput excisura ministros.
Nunqd & intactę post partū ꝟgis. vllum
Fas tibi iam supest? post partū ꝟginis? ex quo
Corꝑis humani naturā pristina origo
Deseruit: carneq; nouā vis ardua seuit
Atq; innupta deum cōcepit fęmina christū
Mortali de matre hoīem: sed cū patre numen
Inde oīs iam diua caro est quę cōcipit illum
Naturāq; dei cōsorti fędere sumit.
Verbū quippe caro factū non destitit esse
Qd fuerat: ꝟbū dum carnis glutinat vsum;

Maiestate quidē non degenerāte per vsum
Carnis. sz miseros ad nobiliora traxīte
Ille manet qđ semꝑ erat. qđ non erat esse
Incipiēs. nos quod fuimꝰ iam nō sumꝰ. aucti
Nascēdo in meliꝰ. mihi cōtulit ⁊ sibi māsit
Nec deꝰ ex nr̄is minuit sua: sz sua nostris
Dum tribuit nos met dona ad celestia vexit.
Dona hec sunt: q̄ victa iaces lutulēta libido
Nec mea post mariā potis es ꝯstringere iura.
Tu princeps ad mortis iter: tu ianua leti
Corpora cōmaculas. aīas in tartara mergis.
Abde caput tristi iam frigida pestis abysso
Occide ꝓstibulū. manes pete. claudere auerno
Inqȝ tenebrosum noctis detrudere fundū
Te voluāt subter vada flāmea. te vada nigra
Sulphureusqȝ rotet ꝑ stagna sonātia vortex
Nec iam christicolas furiarꝫ maxima temptes
Ut purgata suo seruētur corpa regi.
¶ Dixerat hec. ⁊ leta libidīs interfecte
Morte pudicitia. gladiū iordanis in vnda
Abluit infectū: sanies cui rore rubenti
Heserat. ⁊ nitidū macularat vulnere ferꝫ.
Expiat ergo aciem fluuiali docta lauacro
Victricem victrix. abolēs baptismate labem
Hostilis iuguli: nec iam cōtenta piatum
Condere vagine gladiū (ne tecta rubigo
Occupet ablutū scabrosa sorde nitorem)
Catholico in templo diuini fontis ad aram
Cōsecrat: eterna splendēs vbi luce coruscet.

¶ De Patientia et Ira

Ecce modesta graui stabat patiētia vultu

Per medias ĩmota acies. variosq; tumult⁹
Vulneraq; et rigidis vitalia peruia pilis
Spectabat. defixa oculos. et lenta manebat.
Hāc ꝓcul ira tumēs spumāti feruida rictu
Sanguinea intorquēs suffuso lumina felle
Vt belli exortem. tęloq; ꝛ voce lacessit.
Impatiēsq; moꝝ: conto petit: increpat orā.
Hirsutas quatiēs galeato in vertice cristas
En tibi martis: ait: spectatrix libera nostri
Excipe mortiferū securo pectore ferrum:
Ne doleas: quia turpe tibi gemuisse dolore.
Sic ait: ꝛ stridēs sequitur cōuicia pinus
Per teneros crispata nothos. ꝛ certa sub ipsum
Defertur stomachū: rectoq; illiditur ictu.
Sed resilit duro loricę excussa repulsu.
(Prouida nam ꝟtus cōserto adamāte trilicem
Induerat thoraca humeros. squamosaq; ferri
Texta per intortos cōmiserat vndiq; neruos.)
Inde quieta manet patiētia fortis ad omnes
Tęloꝝ nymbos: ꝛ nō penetrabile durās
Nec mota est iaculo mōstri sine more furētis
Opperiēs ꝓprijs perituram virib⁹ iram.
Scilicet indomitos postq; stomachādo lacertos
Barbara bellatrix impēderat. ꝛ iaculoꝝ
Nube supuacuā lassauerat irrita dextram
Cum ventosa leui cecidissent tęla volatu
Ictib⁹ ꝛ vacuis hastilia fracta iacerēt
Vertitur ad capulū man⁹ improba. ꝛ ense corusco
Cōnisa in plagā. dextra sublimis ab aure
Erigitur. mediūq; ferit librata cerebꝝ.
Erea sed cocto cassis formata metallo.

Tinnitū ꝑcuſſa refert: aciēq retundit
Dura reſultātem. frāgit q̄z vena rebellis
Illiſum chalybē. dum cedere neſcia caſſis
Excipit aſſult⁹. ferientꝭ ⁊ tuta reſiſtit.
Ira vbi trūcati mucronis fragmina vidit
Et ꝓcul in ptes enſem crepuiſſe minutas
Iam capulū retinēte manu ſine pōdere ferri
Mentis inops. ebur infelix. decoriſq pudēdi
Perfida ſigna abijcit. monumētaq triſtia lōge
Spernit: ⁊ ad ꝓpriū ſuccēditur effera letum.
Miſſile de multis q̄ fruſtra ſparſerat vnū
Puluere de campi ꝑuerſos ſummit in vſus
Raſile figit humi lignū: ac ſe cuſpide verſa
Perfodit. ⁊ calido pulmonē vulnere trāſit.
Quam ſup aſſiſtēs patiētia. vincim⁹ (inquit)
Exultās viciū ſolita ꝟtute. ſine vllo
Sanguis ac vitę diſcrimine: lex habet iſtud
Noſtra gen⁹ belli. furias omnemq maloꝝ
Militiā. ⁊ rabidas tolerādo extinguere vires.
Ipſa ſibi eſt hoſtis veſania. ſeq furēdo
Interimit: moriturq ſuis ira ignea telis.
Hęc affata. ſecat medias impune cohortes
Egregio comitata viro. nam ꝓximus iob
Hęſerat inuictę bella inter dura magiſtrę
Frōte ſeuerus adhuc. ⁊ multo funere anhelus
Sz iam clauſa truci ſubridēs vlcera vultu
Perq cicatricū numeꝝ ſudata recenſens
Milia pugnaꝝ. ſua premia. dedec⁹ hoſtis.
Illū diua iubet tandē reqeſcere ab omni
Armoꝝ ſtrepitu: captis ⁊ ꝑdita queq
Multiplicare opib⁹: nec iam peritura referre.

Ipsa globos legionũ ⁊ cōcurrētia rumpit
Agmina vulniferos gradiēs intacta ꝑ imbres.
Omnib⁹ vna comes ꝟtutib⁹ associatur
Auxiliūq̄ suū fortis patiētia miscet.
Nulla anceps luctamen init ꝟtute sine ista
Virtus. nam vidua est quā non patiētia firmat.

¶ De Supbia et humilitate.

Forte ꝑ effusas inflata supbia turmas
Effreni volitabat equo. quē pelle leonis
Texerat: ⁊ validos villis onerauerat armos
Quo se fulta iubis iactātius illa ferinis
Inferret. tumido despectās agmina fastu
Turritū tortis caput accumularat in altū
Crinib⁹: extructos augeret vt addita cirros
Cōgeries. celsumq̄ apicem frons ardua ferret.
Carbasea ex humeris summo collecta coibat:
Palla sinu. teretē nectēs a pectore nodum.
A ceruice fluens tenui velamīe limb⁹
Cōcipit infestas textis turgentib⁹ auras
Nec min⁹ instabili sonipes feritate superbit
Impatiēs madidis frenarier ora lupatis
Huc illuc frendēs obuertit terga negata
Libertate fuge: pressisq̄ tumescit habenis
Hoc sese ostentās habitu ventosa virago
Inter vtrāq̄ aciem supeminet. ⁊ falcatū
Circūflectit equū: vultuq̄ ⁊ voce minatur
Aduersum spectās cuneū. quem milite raro
Et pauptinis ad bella coegerat armis.
Mens humilis. regina quidē. sȝ egens alieni
Auxilij: ꝓprio nec sat cōfisa paratu
Spem sibi collegam cōiunxerat: edita cuius

Et suspensa ab humo est opulētia diuite regno.
¶ Ergo humilem postq̄ꝫ male sana supbia mentem
Vilibꝰ extructā nullo ostētamine tęlis
Aspicit: in vocem dictis se fundit amaris.
(Superbia deridet humilitatem) Nō pudet o miseri plebeo milite claros
Attemptare duces: ferroqꝫ lacessere gentem
Insignem titulis: veteres cui bellica ṽtus
Diuitias peperit: lętos ꝛ gramine colles
Imperio calcare dedit nūc aduena nudus
Nititur antiquos (si fas est) pellere reges.
(Derisio) En qui nr̄a suis in prędā cedere dextris
Sceptra volūt: en qui nostros sulcare nouales
Aruaqꝫ capta manu popularier hospite aratro
Cōtendūt: duros ꝛ pellere marte colonos.
Nempe (o ridiculū vulgus) natalibꝰ horis
Totum hoīem. ꝛ calidos a matre amplectimur artus
Vimqꝫ potestatum p̲ mēbra recētis alumni
Spargimꝰ. ꝛ rudibꝰ dominamur in ossibꝰ omnes.
Quis locꝰ in nr̄a tunc vobis sede dabatur
Cōgenitis: cum regna simul ditionibꝰ ęquo
Robore crescebāt. nati nā luce sub vna
Et domꝰ ꝛ dn̄i paribusqꝫ adoleuimꝰ annis.
Ex quo plasma nouū de cōsepto paradisi
Limite ꝓgrediēs amplū trāsfugit in orbem
Pelliciosqꝫ habitꝰ sumpsit venerabilis adam
Nudꝰ adhuc. nisi nr̄a foret p̄cepta secutꝰ.
Quis nam iste ignotis hostis nūc surgit ab oris:
Importunꝰ iners. infęlix. degener amens
Qui sibi tam seꝫ ius vendicat hactenꝰ exul:
Nimirꝫ vacuę credūtur friuola famę
Quę miseros optare iubet qn̄qꝫ futuri

Spem fortasse boni. lenta vt solatia mollem
Desidiam pigro rex medicamine palpēt
Quid ni illos spes palpet iners: quos puluere in isto
Tyrones bellona truci nō excitat ere:
Imbellesqz aīos vētus tepefacta resoluit.
An ne pudicicie gelidum iecur vtile bello est:
An tenerum pietatis op⁹ sudatur in armis:
Quā pudet o mauors et vētus cōscia. talem
Cōtra stare aciem: ferroqz lacessere nugas
Et cum vgincis dextram cōferre choreis.
Iusticia est vbi semp egēs. et paup honestas.
Arida sobrietas. albo ieiunia vultu.
Sanguine vix tenui pudor interfusus. apta
Simplicitas. et ad omne patēs sine tegmine vuln⁹
Et pstrata in humū: nec libera iudice sese
Mens humilis. quam degenerē trepidatio pdit
Faxo ego sub pedib⁹ stipularum more teratur
Inualida ista man⁹. neqz em̄ perfringere duris
Dignamur gladijs. algenti et sanguine ferrum
Imbuere: fragiliqz viros fedare triūpho.
Talia vociferās rapidū calcarib⁹ vrget
Cornipedē: laxisqz volat temeraria frenis
Hostem humilē cupiēs impulsu vmbonis equini
Sternere: deiectamqz supcalcare ruinam
Sed cadit in foueā preceps. quā callida forte
Fraus intercisio suffoderat equore furtim
Fraus detestādis viciorum e pestibus vna
Fallēdi versuta opifex: que prescia belli
Planiciem scrobibus violauerat insidiosis
Hostili de parte latens. vt fossa ruentes
Exciperet cuneos. atqz agmina mersa vorarat

Ac ne fallacem puteū deprēdere posset
Clara acies: virgis adopertas texerat oras
Et sup imposito simularat cespite campū.
At regina humilis q̄uis ignara manebat
Ulteriore loco. nec adhuc ad fraudis opertū
Venerat: aut foueę calcarat furta malignę.
Hūc eques illa dolū (dum fertur p̄pete cursu)
Incidit: ⁊ cęcū subito patefecit hiatum
Prona ruētis equi ceruice īuoluitur. ac sub
Pectoris impressu fracta inter crura rotatur.
At virtus placidi moderaminis. vt leuitatē
Prospicit obtritā monstri sub morte iacētis
Intēdit gressum mediocriter: os q̄z parce
Erigit: ⁊ comi moderatur gaudia vultu.
Cunctāti spes fida comes succurrit. ⁊ offert
Ultorem gladiū: laudisq̄z inspirat amorem.
Illa cruentatā correptis crinib⁹ hostem
Protrahit. ⁊ faciē lęua reuocāte supinat
Tum caput orātis flexa ceruice resectum
Eripit. ⁊ madido suspēdit colla capillo.
Extinctū vicium sancto spes increpat ore.

Contra superbia

Desine grande loqui: frāgit de⁹ omne superbū
Magna cadūt. inflata crepāt. tumefacta p̄muntur
Disce supciliū deponere: disce cauere
Ante pedes foueā quisquis sublime minaris.
Peruulgata viget nostri sentētia christi
Scādere celsa humiles ⁊ ad ima redire feroces

Dauid Golias

Vidim⁹ horrēdum membris animisq̄z goliam
Inualida cecidisse manu: puerilis in illū
Dextera fundali torsit stridore lapillū.
Traiectāq̄z cauo penetrauit vulnere frontem.

Ille minax. rigidus. iactās. truculētus. amarus
Dum tumet indomitū: dum formidabile feruet
Dum sese ostentat. clipeo dum territat auras
Expertus pueri qd pn̄t ludicra parui
Succubuit teneris bellator turbid⁹ annis.
Me tūc ille puer ꝟtutis pube secut⁹
Florētes aīos sursum ī mea regna tetēdit.
Seruat̄ qua certa mihi dom⁹. omnipotētis
Sub pedib⁹ dn̄i: meq₃ ad sublime vocātem
Victores cęsa culpaꝝ labe capessunt.
Dixit. ⁊ auratis ꝑstringēs aera pennis
In cęlum se ꝟgo rapit: mirātur euntem
Virtutes. tollūtq₃ aīos in vota. volētes
Ire simul: ni bella duces terrena retardēt.
Cōfligūt vicijs. seq₃ ad sua premia seruāt.

¶ De luxuria ⁊ sobrietate.

Venerat occiduis mūdi de finib⁹ hostis
Luxuria. extinctę iā dudum ꝓdiga famę
Delibuta comas: oculis vaga: lāguida voce:
Perdita delicijs: vitę est cui causa voluptas
Elumbem mollire aīm: petulāter amęnas
Haurire illecebras: ⁊ fractos soluere sensus.
At tūc ꝑuigilem ructabat marcida cęnam
Sub lucem: qr forte iacēs ad ferculā raucos
Audierat lituos. atq₃ inde tepētia linquēs
Pocula. lapsanti ꝑ vīna ⁊ balsama gressu
Ebria calcatis ad bellū florib⁹ ibat.
Non tn̄ illa pedes sz curru īuecta venusto
Saucia mirantū capiebat corda viroꝝ
O noua pugnādi species: nō ales arundo
Neruo pulsa fugit: nec stridula lācea torto

Emicat amento. frameā nec dextra minatur
Sz violas lasciua iacit. folijsq; rosaꝝ
Dimicat. ꝛ calathos inimica ꝑ agmina fundit.
Inde eblanditis ꝟtutib⁹ halitus illex
Inspirat teneꝝ labefacta ꝑ ossa venenū
Et male dulcis odoꝛ domat oꝛa ꝛ pectoꝛa et arma
Ferratosq; thoꝛos obliso roboꝛe mulcet.
Luxuria huc violas cursu delata venusto
Per populos iacit. vt male credita coꝛda tepescāt.
Deijciūt aīos ceu victi. ꝛ spicula ponūt
Turpiter heu dextris langentib⁹ obstupefacti
Dum currū varia gemmaꝝ luce micātem
Mirātur: dum bratteolis crepitātia loꝛa
Et solido ex auro ꝓciosi ponderis axem
Defixis inhiant obtutib⁹: ꝛ radioꝝ
Argēto albentē seriem. quā summa rotaꝝ
Flexura electri pallētis cōtinet oꝛbe.
Et iam cūcta acies in deditionis amoꝛe
Spōte sua versis trāsibat ꝑfida signis
Luxurię seruire volēs: dominęq; fluētis
Iura pati. ꝛ laxa ganeaꝝ lege teneri.
¶ Ingemuit tā triste nefas foꝛtissima ꝟtus
Sobrietas. dextro socios discedere coꝛnu
Inuictāq; manū quondā sine cęde perire.
Vexillū sublime crucis qđ in agmine primo
Dux bona ꝓtulerat. defixa cuspide sistit.
Instauratq; leuem dictis moꝛdacib⁹ alam
Extimulās aīos nūc ꝓbris nūc ꝓce mixta.
¶ Quis furoꝛ insanas agitat caligine mētes?
Quo ruitis? cui colla datis? quę vincula tandē?
Proh pudoꝛ armigeris amoꝛ est ꝑferre lacertis

Lilia luteolis interlucentia sertis
Et ferrugineo vernātes flore coronas.
His placet assuetas bello iā tradere palmas
Nexib⁹: his rigidas nodis innectier vlnas:
Vt mitra cęsariem cohibens aurata virilem
Combibat infusam croceo religamine nardū.
Post inscripta oleo frontis signacula. per quę
Vnguentū regale datū est. ⁊ chrisma perenne.
Vt tener incessus vestigia syrmate verrat
Sericaqȝ infractis fluitēt vt pallia membris.
Post īmortalem tunicā quam pollice docto
Texuit alma fides. dans īpenetrabile tegmen
Pectorib⁹ lotis: dederat quib⁹ ipsa renasci.
Ite ad nocturnas epulas vbi cantarus ingens
Despuit effusi spumātia damna phalerni
In mensa cyathis stillantib⁹ vda vbi multo
Fulcra mero: veteriqȝ toreumata rore rigātur.
Excidit ergo animis heremi sitis? excidit ille
Fons patrib⁹ de rupe datus? quē mystica virga
Elicuit scissi salientem vertice saxi
Angelic⁹ ne cib⁹ prima in tentoria vestris
Fluxit auis? quem nūc sero felicior euo
Vespertinus edit ppl's de corpe christi.
His vos imbutos dapib⁹ iam crapula turpis
Luxurię ad madidū rapit importuna lupanar.
Quosqȝ viros nō ira fremēs. nō idola bello
Cedere cōpulerāt. saltatrix ebria flexit
State precor vestri memores: memores q̄ȝ christi
Quę sit vestra trib⁹. quę gloria. q̄s deus. ⁊ rex
Quis dn̄s: meminisse decet vos nobile iudę
Germen. adusqȝ dei genitricē: ex qua de⁹ ipse

Esset homo: pceꝝ venistis sanguine lõgo.
Excitet egregias mẽtes celeberrima dauid
Gloria. cõtinuis belloꝝ exercita curis:
Excitet ꝛ samuel. spolium q̄ diuite ab hoste
Attrectare vetat. nec victũ viuere regem
Incircũcisum patitur: ne preda supstes
Victorem placidũ recidiua in p̄lia poscat.
Parcere iã capto crimen putat ille tyrãno.
At vobis cõtra. vinci ꝛ succũbere votũ est.
Peniteat vos si qua mouet reuerẽtia summi
Numinis. hoc tam dulce malũ voluisse nefanda
Proditione sequi: si penitet haud nocet error.
Penituit ionathan ieiunia sobria dulci
Cõuiolasse fauo: sumpti mellisq̄ sapore
Heu male gustato. regni. dum blãda voluptas
Oblectat iuuenẽ. iurataq̄ sacra resoluit.
Sz quia penituit. nec sors lachrymabilis illa est:
Nec tinxit patrias sentẽtia seua secures.
¶ En ego sobrietas (si cõspirare paratis)
Pando viã cunctis ṽtutib9. vt male suada
Luxuries. multo stipata satellite. penas
Cũ legione sua christo sub iudice pendat.
Sic affata: crucẽ dñi feruentib9 offert
Obuia quadrigis. lignũ venerabile in ipsos
Intentãs frenos: qd̄ vt expauere feroces
Cornib9 oppansis ꝛ summa frõte coruscum.
Vertũt p̄cipitem ceca formidie fusi
Per prerupta fugã: fertur resupina reductis
Nequicq̄ loris auriga. comãq3 madẽtem
Puluere fedat humi. tũc ꝛ vertigo rotaꝝ
Implicat excussam dñam: nã prona sub axem

Labitur. ⁊ lacero tardat sufflamine currꝫ
Addit sobrietas vuln⁹ letale iacenti
Cōijciēs silicem rupis de parte molarem.
Hūc vexilliferę qm̄ sors obtulit ictū
Spicula nulla manu ſz belli insigne gerēti
Casus agit saxum: medij spiramen vt oris
Frāgeret. ⁊ recauo misceret labra palato
Dentib⁹ introrsum resolutis. lingua resectā
Dilaniata gulā frustis cū sanguīs implet.
Insolitis dapib⁹ crudescit guttur: ⁊ ossa
Colli fracta vorās reuomit quas hauserat offas.
Ebibe iam ꝓpriū post pocula multa cruorem
Virgo ait increpitās: sint hęc tibi fercula tandem
Tristia: pręteriti nimijs ꝑ luxib⁹ eui.
Lasciuas vitę illecebras. gustat⁹ amarę
Mortis. ⁊ horrifico sapor vltim⁹ asperat haustu.
Cęde ducis dispersa fugit trepidāte pauore
Nugatrix acies. iocus ⁊ petulātia. primi
Cimbala ꝓijciūt: bellū nam talib⁹ armis
Ludebāt. resono meditātes vulnera sistro.
Dat tergū fugitiuus amor: lita tęla veneno
Et lapsum ex humeris arcum pharetrāqꝫ cadentem
Pallid⁹ ipse metu. sua post vestigia linq̄t
Pompa ostētatrix vani splēdoris. inani
Exuitur nudata peplo: discissa trahūtur
Serta venustatis. colliqꝫ ac verticis aurꝫ
Soluitur: ⁊ gēmas discordia dissona turbat.
Nō piget attritis pedib⁹ per acuta frutecta
Ire voluptatē. quoniā vis maior acerbam
Cōpellit tolerare fugā. formido pericli
Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas.

Qua se cunqꝫ fugax trepidis fert gressib⁹ agmen
Damna iacēt. crinalis acus. redimicula. vittę.
Fibula. flameolū. strophiū. dyadęma. monile.
His se sobrietas ⁊ totus sobrietatis
Abstinet exuuijs miles: damnataqꝫ castis
Scādala ꝓculcat pedib⁹: nec fronte seueros
Cōniuente oculos prędaꝝ ad gaudia flectit:

¶ De auaricia et operatione

Fertur auaricia gremio p̄cincta capaci
Quicqd luxus edax p̄ciosum liquerat vnca
Corripuisse manu: pulchra in ludibria vasto
Ore inhians. auriqꝫ legēs fragmēta caduci
Inter arenaꝝ tumulos. nec sufficit amplos
Impleuisse sinus: iuuat infercire crumęnis
Turpe lucꝝ. ⁊ grauidos furtis distendere fiscos.
Quos lęua cęlāte tegit. laterisqꝫ sinistri
Velat adopperto: velox nā dextrā rapinas
Abradit. spolijsqꝫ vngues exercet aenos.
Cura. fames. metus. anxietas. p̄iuria. pallor
Corruptela. dolus. cōmenta. insomnia. sordes.
Eumenides varię. monstri comitat⁹ aguntur
Nec min⁹ interea rabidoꝝ more lupoꝝ
Crimina persultāt toto grassantia campo
Matris auaricię nigro de lacte creata.
Si fratris galeā fuluis radiare ceraunis
German⁹ vidit cōmilito. nō timet ensem
Exerere: atqꝫ caput socio mucrone ferire.
De cōsanguineo raptur⁹ vertice prędam.
Filius extinctum belli sub sorte cadauer
Aspexit si forte patris. fulgētia bullis
Cingula. ⁊ exuuias gaudet rapuisse cruētas.

Cognatam ciuilis agit discordia prędam.
Nec parcit ꝓprijs amor insatiat⁹ habēdi
Pignorib⁹: spoliatq; suos fames ipia natos.
Talia p̄ populos ędebat funera victrix
Orbis auaricia: sternēs centena viroꝝ
Milia vulnerib⁹ varijs. hūc lumine adempto
Effossisq; oculis velut in caligīe noctis
Cęcū errare sinit. perq; offensacula multa
Ire. nec opposituū baculo temptare periclum.
Porro alium capit intuitu: fallitq; vidētem
Insigne ostentās aliqd. quod dum petit, ille
Excipitur tęlo incaut⁹: cordisq; sub ipso
Saucius occulto. ferꝝ suspirat adactū.
Multos p̄cipitās in apta incēdia cogit
Nec patitur vitare focos. quib⁹ ęstuat auꝝ
Qd petit arsur⁹ pariter speculator auarus
~~Omne hoīm rapit illa gen⁹: mortalia cūcta~~
~~Occupat interitu. neq; eñ est violētius~~ vllum
Terraꝝ vicium: qd tantis cladib⁹ ęuum
Mundani inuoluat ~~ppli. damnetq; gehēnę.~~
Quin ipsos temptare manu (si credere dignū est)
Ausa sacerdotes dñi. q..i p̄lia forte
Ductores primā ante aciē plaude gerebāt
Virtutū. magnoq; implebāt classica flatu. Classica sunt tube militares & sig bellica
Et fors innocuo tinxisset sanguine ferꝝ
Ni ratio armipotēs gētis leuitidis vna
Semp̄ fida comes clipeū obiectasset. et atrę
Hostis ab incursu claros texisset alumnos.
Stāt tuti rōnis ope: stāt turbine ab omni
Immunes fortesq; animi. vix in cute summa
Perstringēs paucos tenui de vulnere ledit

Cuspis auaricie. Stupuit lues improba castis
Heroum iugulis lõge sua tela repelli.
Ingemit. et victis ardẽs furialibus infit.
Vincimur heu segnes: nec nr̃a potẽtia pfert
Vim solitã. languet violẽtia seua nocẽdi.
Sueuerat iuictis que virib⁹ omnia vbiq;
Rumpere corda hoim. nec eñ tam ferrea quenq;
Formauit natura viri: cui⁹ rigor era
Sperneret. aut nr̃o foret impenetrabilis auro.
Ingeniũ omne neci dedim⁹ teucra. aspa. dura
Docta. indocta. simul bruta et sapiẽtia necnon
Casta. incesta. mee paruerũt pectora dextre.
Sola igitur rapui quicqd styx abdit auaris
Gurgitib⁹. nobis ditissima tartara debẽt
Quos retinẽt pplos. qd voluũt secula urm est.
Qd miscet mund⁹ vesana negocia nostrũ est
Quo fit. preualidas q pollẽs gloria vires
Deserit: et cassos ludit fortuna lacertos.
Sordet christicolis rutilãtis fulua monete
Effigies: sordẽt argẽti emblemata. et oĩs
Thesaur⁹ nigrante oculis vilescit honore.
Quid sibi docta volũt fastigia? nõne triumphũ
Egimus ex scarioth? magn⁹ qui discipulorũ
Et cõuiua dei dum fallit federe mẽse
Haud q̃mq̃m ignarus. dextrãq; parapside iungit
Incidit in nostrũ flammãte cupidine telũ.
Infamẽ mercat⁹ agrum de sanguine amici
Numinis. obliso luitur⁹ iugera collo.
Viderat et iericho ppria inter funera quantũ
Posset nr̃a man⁹: cum victor cõcidit achas
Cedib⁹ insignis. murali et strage superbus.

Succubuit capto victis ex hostib⁹ auro.
Dum vetitis insigne legēs anathema favillis
Vesta ruinarū spolia insaciabilis hausit.
Nō illū generosa trib⁹. nō plebis avite
Iuvit iuda parēs. christo qnq͡z ꝓpinquo
Nobilis: et tali felix patriarcha nepote.
Quis placet: exemplū generis. placeat q͡z forma
Exitij: sit pena eadē quib⁹ ꝛ gen⁹ vnum est
Quid moror aut iude populares aut populares
Sacricole summi (summus nā fertur aaron)
Fallere fraude aliqua: martis cōgressib⁹ impar.
Nil refert. armis cōtingat palma. dolisve:
Dixerat. ꝛ torvā faciem furialiaq͡z arma
Exuit: inq͡z habitū sese trāsformat honestū
Fit ꝟtus specie. vultuq͡z ꝛ veste severa
Quam memorāt frugi: parce cui vivere cordi
Et servare suū tanq͡z nil raptet avare
Artis adūbrate meruit ceu sedula laudem
Hui⁹ se specie mēdax bellona coaptat.
Nō vt avara lues s͡z ꝟtus parca putetur.
Necnō ꝛ tenero pietatis tegmine crines
Obtegit anguineos: vt cādida palla latētem
Dissimulet rabiem. diroq͡z obtēta furori
Qđ rape ꝛ clepere est. avideq͡z abscōdere parta
Natorū curā dulci sub nomie iactat.
Talib⁹ illudēs male credula corda virorū
Fallit imaginib⁹: monstrūq͡z ferale sequūtur:
Dum credūt pietatis op⁹. capit ipsa erynnis
Cōsentu faciles. manicisq͡z tenacib⁹ arctat.
Attonitis ducib⁹ perturbatisq͡z maniplis
Nutabat ꝟtutum acies errore biformis

Portenti: ignorās quid amicū credat in illo
Quid ve hostile notet. letū versatile ⁊ anceps
Lubricat incertos dubia sub imagine visus:

¶ De operatione

Cum subito in mediū frendēs operatio campum
Prosilit auxilio socijs: pugnāqȝ capessit
Militię postrema gradu. sȝ sola duello
Impositura manū: neqd iam triste supersit.
Omne op⁹ ex humeris reiecerat: oib⁹ ibat
Nudata exuuijs. multo ⁊ se fasce leuarat
Olim diuitijs grauibusqȝ oppressa talētis.
Libera nūc miserādo inopū. quos larga benigne
Fouerat. effundēs patriū bene ꝓdiga censum
Iam loculos ditata fide spectabat inanes
Eternā numerās redituro fęnore summā.
¶ Horruit inuictę ꝟtutis fulmē. ⁊ impos
Mentis auaricia stupefactis sensib⁹ hęsit.
Certa mori: nā quę fraudis via restat? vt ipsa
Calcatrix mūdi mūdanis victa fatiscat
Illecebris. spretoqȝ iterꝝ sese implicet auro.
Inuadit trepidā virt⁹ fortissima duris
Ulnarꝝ nodis: obliso ⁊ gutture frāgit
Exanguē siccāqȝ gulam. cōpressa ligabāt
Uincla lacertorꝝ submentū: ⁊ faucib⁹ atris
Extorquēt aīam. nullo quę vulnere rapta
Palpitat. atqȝ aditu spiramis intercepto
Inclusam patitur venarꝝ carcere mortem
Illa reluctāti genibusqȝ ⁊ calcib⁹ instās
Perfodit ⁊ costas. atqȝ ilia rumpit anhęla.
Mox spolia extincto de corpe diripit auri
Sordida frusta rudis. nec adhuc fornace recoctam

Materiā: tineis etiā marsupia crebris
Exesa. ⁊ virides obducta erugine nūmos
Dispergit. seruata diu victrix. ⁊ egenis
Dissipat. ac tenues captiuo munere donat
Tunc circūfusam vultu exultāte coronā
Respiciēs alacris. media inter milia clamat.
Soluite precinctū iusti: ⁊ discedite ab armis.
Causa mali tāti iacet interfecta lucrādi
Ingluuie pereūte licet requiescere sanctis.
Sūma quies nil velle sup quam postulat vsus
Debitus: vt simplex alimonia vestis ⁊ vna
Infirmos tegat ac recreet mediocriter art⁹
Expletūqz modū naturę nō trahat extra.
Ingressur⁹ iter peram ne tollito: neue
De tunicę alteri⁹ gestamiē puid⁹ esto
Nec te sollicitet res crastina: nec cib⁹ aluo
Defuerit: redeūt ęscę cū sole diurnę
Nōne vides vt nulla auiū cras cogitet: ac se
Pascēdam pręstāte deo nō anxia credat:
Cōfidunt volucres victū nō defore viles:
Passeribusqz subest modico venalib⁹ asse
Indubitata fides: dn̄m curare potētem
Ne pereāt cura dei facies q̄z christi
An dubitas ne te tuus vnq̄z deserat auctor:
Ne trepidate homiēs: vitę dator ⁊ dator ęscę est.
Querite lucifer cęlesti dogmate pastum
Qui spem multiplicās alit īuiolabilis ęui
Corporis īmemores: memor est q̄ cōdidit illud
Suppeditare cibos atqz indiga membra fouere.
His dictis. curę emotę. metus. ⁊ labor et vis
Et scelus. ⁊ placidę fidei fraus inficiatrix

Depulsę vertere solū. pax inde fugatis
Hostib⁹. alma abigit bellū. discinditur omnis
Terror: ꝛ auulsis exfibulat ilia zonis.
Vestis adusq; pedes descendēs defluit imos
Temperat ꝛ rapidū priuata modestia gressum.
Cornicinū curua ęra silent: placabilis implet
Vaginā gladi⁹. sedato ꝛ puluere campi
Suda redit facies liquidę sine nube diei.
Purpureā videas cęli clarescere lucem.
Agmina casta sup vultū sensere tonantis
Arridere. hilares pulso certamīe turmę
Et christū gaudere: suis victorib⁹ arcem.
Etheris. ac patriū famulis aperire ꝓfundū:

De concordia.

Dat signū felix cōcordia reddere castris
Victrices aquilas. atq; in tentoria cogi.
Nunq; tāta fuit species neq; par dec⁹ vlli
Militię: cū dispositis bifida agmina lōge
Duceret ordinib⁹. peditum psallēte caterua.
Ast alia de parte equitū resonātib⁹ hymnis.
Nō aliter cecinit respectās victor hiantē
Israel rabiem ponti post terga minacis.
Cū iam ꝓgrediēs calcaret littora sicco
Vlteriora pede: stringēsq; p extima calcis
Mons rueret pendētis aquę: nigrosq; relapso
Gurgite nilicolas fundo deprēderet imo.
Ac refluēte sinu iā redderet vnda natatū
Piscib⁹: ꝛ nudas pręceps operiret arenas.
Pulsauit resono modulātia timpana plectro
Turba dei: celebrās mir̄ memorabile sedis
Omnipotētis op⁹. liquidas inter freta ripas

Fluctib⁹ incisis. ꝛ subsistēte ꝓcella
Crescere: suspēsosqꝫ globos potuisse teneri.
Sic expugnata vicioꝝ gēte resultāt
Mistica dulcimodis ꝟtutū carmina psalmis.

De discordia.

Uentū erat ad fauces porte castrēsis: vbi arctū
Liminis introitū bifori dāt cardine claustra
Nascitur hic inopina mali lacrimabilis astu
Tempestas: placide turbatrix inuida pacis
Que tantū subita vexarat clade triumphū
Inter cōsertos cuneos cōcordia forte
Dum stipata pede iam tutis menib⁹ infert
Excipit occultū vicij latitātis ab ictu
Mucronē. leuo in latere: squalētia q̄uis
Texta cathenato ferri sub tegmine corp⁹
Ambirēt. sutis ꝛ acumen vulneris hamis
Respuerēt: rigidis nec fila tenacia nodis
Impactū sinerēt penetrare in viscera telū.
Rara tñ chalybem tenui trāsmittere puncto
Cōmissura dedit. qua sese extrema polite
Squama ligat tunice: sinus ꝛ sibi cōserit oras.
Intulit hoc vuln⁹ pugnatrix sub dola victe
Partis. ꝛ incautis victorib⁹ insidiata est.
Nam pulsa culpaꝝ acie discordia nostros
Intrarat cuneos. sociā mentita figurā
Scissa ꝓcul palla. structū serpēte flagellū
Multiplici: media campoꝝ et strage iacebat.
Ipsa redimitos olea frondēte capillos
Ostentās. festis respōdit leta choreis.
Sꝫ sicam sub veste tegit: te maxima ꝟtus
Te solam tāto e numero cōcordia tristi

Fraude petēs. ſʒ nō vitalia rumpere ſacri
Corpis eſt licitū: ſummotenus extima tactu
Leſa cutis. tenuem ſignauit ſanguine riuū.
Exclamat vtus ſubito turbata: quid hoc eſt?
Que manus hic inimica latet? que pſpera nr̄a
Vulnerat: ⁊ ferꝝ tāta inter gaudia vibrat?
Quid iuuat indomitos bello ſedaſſe furores?
Et ſanctū vicijs pereūtibꝰ omne receptū?
Si vtus ſub pace cadit? trepida agmina meſtos
Cōuertere oculos. ſtillabat vulneris index
Ferrata de veſte cruor. mox ⁊ pauor hoſtem
Cominus aſtātem ꝓdit: nā pallor in ore
Cōſcius audacis facti. dat ſigna reatus.
Et deprenſa tremit languēs manꝰ ⁊ color albēs
Circūſtat ꝓpere ſtrictis mucronibꝰ omnis
Virtutū legio: exquirēs feruēte tumultu
Et genꝰ ⁊ nomē. patriā. ſectamqʒ. deūqʒ
Quē colat: ⁊ miſſu cuiatis venerat. illa
Exanguis turbāte metu: diſcordia dicor
Cognomēto heresis: deꝰ eſt mihi diſcolor inqͭt
Nūc minor aut maior. modo ſimplex ⁊ mō duplex.
Cū placet aereus. vel de fantaſmate viſus
Haud īnata aīa eſt. quotiēs volo ludere numen
Eſt mihi pceptor belial: domꝰ ⁊ plaga mūdus.
Nō tulit vlteriꝰ capti blaſphemia monſtri
Virtutū regina fides. ſʒ vba loquētis
Impedit: ⁊ votis claudit ſpiramina pilo
Pollutā rigida trāſfigēs cuſpide linguā
Carpitur īnumeris feralis beſtia dextris.
Fruſtratim ſibi quiſqʒ rapit qđ ſpargat ī auras
Qđ canibꝰ donet: coruis qđ edacibus vltro.

Offerat. immūdis cęno exalāte cloacis
Nō trudat. mōstris q̄d mādet habere marinis.
Discissum fędis aialib⁹ omne cadauer
Diuiditur. ruptis heresis perit horrida mēbris.
Cōpositis igit rex morumq; secūdis
In cōmune bonis. trāquillę plebis ad vnū
Cōtigit ac statione frui. valloq; foueri
Pacificos sensus. et in ocia soluere curas.
Sensib⁹ in tuta valli statione locatis
Extruitur media castrorū sede tribunal
Editiore loco: tumulus quē vertice acuto
Excitat in speculā. subiecta vnde oīa late
Liber inoffenso circūspicit acre visus.
Hūc sincera fides simul et cōcordia sacro
Fędere. iuratę christi sub amore sorores
Cōscendūt apicē. mox et sublime tribunal.
Par sanctū charūq; sibi: supereminet ęquo
Iure ptātis consistūt aggere summo
Cōspicuę: populosq; iubēt astare frequētes.
Concurrūt alacres castris ex omnib⁹ omnes.
Nulla latet pars mētis iners. quę corpis vllo
Intercępta sinu. per cōceptacula sese
Degeneri lāguore tegat: tentoria apertis
Cuncta patēt velis. reserātur carbasa: ne quis
Marceat obschuro stertēs habitator operto.
Aurib⁹ intentis expectat cōcio. quid nam
Victores post bella vocet cōcordia princeps
Quā velit atq; fides virtutib⁹ addere legem.
Erumpit prima in vocem cōcordia. tali
Alloquio: cumulata quidē iam gloria vobis
O patris o dn̄i fidissima pignora christi

Cōtigit:extincta est multo certamie sęua
Barbaries. sanctę quę circūsepserat vrbis
Indigenas: ferrūqꝫ viros flāmaqꝫ premebat.
Publica sꝫ requies priuatis rure foroqꝫ
Cōstat amicicijs. scissura domestica turbat
Rem populi: titubatqꝫ foris qđ dissidet intus.
Ergo cauete viri. ne sit sentētia discors
Sensib⁹ in nr̄is: ne secta exotica. tectis
Nascatur cōflata odijs. q̄r scissa volūtas
Cōfundit varijs arcana biformia fibris.
Qđ sapim⁹ coniungat amor: qđ viuim⁹ vno
Cōfirmet stadio. nil dissociabile firmū est.
Utqꝫ homini atqꝫ deo medi⁹ interuenit iesus
Qui sociat mortale patri. ne carnea distent
Spiritui ęterno: sitqꝫ vt de⁹ vnus vtrūqꝫ.
Sic quicqđ gerim⁹ mentisqꝫ ⁊ corpis actu
Spirit⁹ vnimodis texat cōpagib⁹ vnus.

PAX.

Pax plenū virtutis op⁹. pax summa laborꝫ.
Pax belli exacti precīū est. preciūqꝫ pericli.
Sidera pace vigēt. consistūt terrea pace.
Nil placidū sine pace deo. nō munus ad aram
Cū cupias offerre ꝓbat. si turbida fratrē
Mens impacati sub pectoris oderit antro.
Nec si flāmicomis christi ꝓnoīe martyr
Ignib⁹ insilias. seruās inamabile votū
Bile sub obliqua: ꝓciosam ꝓderit iesu
Impēdisse aīam: meriti q̄r clausula pax est.
Nō inflata tumet. nō inuidet ęmula fratri.
Oīa perpetitur patiēs. atqꝫ oīa credit.
Nunq̄ꝫ lęsa dolet cuncta offensacula donat.
Occasum lucis venia pręcurrere gestit

Anxia: ne stabilē linquat sol cōscius iram.
Quisq̄z litare deo mactatis vult holocaustis
Offerat imprimis pacē: nulla hostia christo
Dulcior. hoc solo sancta ad donaria vultū
Munere cōuertēs. liquido oblectaṫ odore:
Sz tñ ꝛ niueis tradit de⁹ ipse columbis
Pennatū tenera plumaꝝ veste colubꝝ
Rimāte ingenio docte internoscere mixtū
Innocuis auib⁹. latet ꝛ lup⁹ ore cruento
Lacteolā mentitus ouem sub vellere molli:
Cruda ꝑ aguinos exercēs funera rictus.
Hac sese occultāt fotinus ꝛ arrius arte
Immanes feritate lupi: discrimina ꝓdunt
Nostra. recens cruor it sāguis de corꝑe summo
Quid possit furtiua man⁹ gemitū dedit omnis
Virtutū popul⁹. casu cōcussus acerbo:

De structura templi spūalis

Tum generosa fides hęc subdidit. imo secūdis
In reb⁹ cesset gemit⁹. cōcordia lęsa est
Sz defensa fide. quin ꝛ cōcordia sospes
Germanā comitata fidē sua vulnera ridet.
Hęc mea sola sal⁹. nihil hac mihi triste recępta.
Unū op⁹ egregium restat post bella labori
Ꝓceres regni: qđ tandē pacifer hęres
Belligeri. armatę successor inermis ꝛ aulę
Instituit salomon. qm̄ genitoris anheli
Fumarat calido regū de sanguine dextra.
Sanguine nā terso templū fundatur ꝛ ara
Ponitur auratis christi dom⁹ ardua tectis.
Tūc hyerusalem templo illustrata. quietum
Suscepit iam diua deū: circūuaga postq̄

Sedit marmoreis fundata altarib⁹ arca.
Surgat ⁊ in nr̄is templū venerabile castris:
Omnipotēs cui⁹ sanctoꝝ sancta reuisat.
Nam q̄d terrigenas ferro pepulisse phalāges
Culpaꝝ ꝓcessit: hōis si filius arce
Etheris illapsus purgati corꝑis vrbem
Intret inornatā. templi splendētis egenus?
Hacten⁹ alternis cōflictum est comin⁹ armis
Munia nūc agitet placidę toga cādida pacis.
Atq3 sacris sedem ꝓperet discincta iuuētus.
Hec vbi dicta dedit: gradib⁹ regina supbis
Desiluit. tātiq3 opis cōcordia cōsors.
Metatura nouū iacto fundamine templum
Aurea planiciem spacijs percurrit arundo
Dimensis: quadret vt quatuor vndiq3 frōtes.
Ne cōmissuris distātibus angulis impar
Argutā mutilet ꝑ dissona semetra normā.
Aurore de parte trib⁹ plaga lucida portis
Illustrata patet. triplex aperitur ad austꝝ
Portaꝝ numer⁹. tres occidualib⁹ offert
Janua trina fores. totiēs aquilonis ad axem
Panditur alta dom⁹. nullū illic structile saxum
Sz caua ꝑ solidū: multoq3 forata volatu
Gemma. reducēti limen cōplectit̄ arcu.
Vestibulūq3 lapis penetrabile cōcipit vnus.
Portaꝝ summis inscriptaq3 postib⁹ auro
Nōia apostolici fulgēt bis sena senatus.
Spirit⁹ his titulis arcana recōdita mentis
Ambit: ⁊ electos vocat in pręcordia sensus.
Quaq3 hōis natura viget: quā corꝑe toto
Quadrina vis animat: trinis ingressib⁹ aram

Cordis adit. castisq; colit sacraria votis.
Seu pueros sol primus agat. seu feruor ephebos
Incẽdat nimius. seu cõsummabilis cui
Perficiat lux plena viros. siue algida bore
Etas. decrepitã vocet ad pia sacra senectam.
Occurrit trinũ quadrina ad cõpita numen
Qd bene discipulis disponit rex duodenis.
Quinetiã totidẽ gemmarum insignia. textis
Parietibus distincta micãt: aiasq; colorum
Viuẽtes liquido lux euomit alta profundo.
Ingẽs chrysolitus natiuo interlitus auro
Hinc sibi saphirum sociauerat. inde berillũ
Distãtesq; nitor medius vriabat honores.
Hinc calcedon hebes perfunditur ex hiacynthi
Lumine vicino: nã forte cyanea propter
Stagna lapis cohibẽs. ostro fulgebat aquoso.
Sardonycen pingũt amethistina. pingit iaspis
Sardoniũ iuxta appositũ. pulchreq; topazon.
Has inter species smaragdina gramine verno
Prata virent: voluitq; vagos lux herbida fluctus
Te q̃z cõspicuũ structura interserit ardẽs
Chrysopase: at sidus satis stellantibus addit.
Stridebat grauidis funalis machina vinclis
Immẽsas rapiẽs alta ad fastigia gemmas:
At domus interior septẽ subnixa columnis
Cristalli algẽtis vitrea de rupe recisis
Cõstruitur: quarum tegit edita calculus albens
In conũ cesus capita. & sinuamina subter
Subductus conche in speciem. qd mille talẽtis
Margaritũ ingens opibusq; & viribus arte
Adtictis. animosa fides mercata pararat.

Hoc residet solio pollens sapiētia: ⁊ omne
Cōsilium regni celsa disponit ab aula.
Tutādiq; hoīs leges sub corde retractat.
In manib⁹ dn̄e sceptꝝ non arte politū
Sz lignū viuū. viridi est qđ stirpe recisum
Quāuis null⁹ alat terreni cespitis humor
Fronde tn̄ viret incolumi: tum sanguie tinctis
Intertexta rosis candētia lilia miscet
Nescia marcenti florem summittere collo.
Hui⁹ forma fuit sceptri gestamen aaron
Floriferꝝ: sicco qđ germina cortice trudēs
Explicuit tenerꝝ spe pubescēte decorem
Inq; nouos subito tumuit vga arida fetus.

Gratiarum actio.

Reddim⁹ eternas indulgētissime doctor
Grates christe tibi. meritosq; sacram⁹ honores
Ore pio: nam cor viciorꝝ stercore sordet.
Tu nos corporei latebrosa pericula operti
Luctātisq; aīe voluisti agnoscere casus.
Nouim⁹ ancipites nebuloso in pectore sensus
Sudare alternis cōflictib⁹: ⁊ variato
Pugnarꝝ euentu. nūc indole crescere dextrā
Nūc inclinatis ceruicib⁹ ad iuga vite
Deteriora trahi. seseq; addicere noxis
Turpib⁹: et ꝓprie iacturā ferre salutis.
Ah quotiēs aīam. viciorꝝ peste repulsa.
Sensim⁹ incaluisse deo. quotiēs tepefactū
Celeste ingeniū post gaudia cādida. tetro
Cessisse stomacho. Feruēt bella horrida feruēt
Ossib⁹ inclusa: fremit ⁊ discordib⁹ armis
Nō simplex natura hoīs. nam viscera limo

Effigiata pmūt aīm.cōtra ille sereno
Editus afflatu.nigrātis carcere cordis
Estuat: ⁊ sordes arcta inter vincla recusat.
Spiritib⁹ pugnāt variis lux atqȝ tenebrę
Distātesqȝ animat duplex substātia vires.
Donec p̄sidio christ⁹ deus assit: ⁊ omnes
Virtutū gemmas cōponat sede piata.
Atqȝ vbi peccatū regnauerat.aurea templi
Atria cōstituēs.texat spectamine morū
Ornamēta aīe: quib⁹ oblectata.decoro
Eternū solio.diues sapiētia regnet:

Explicit Psychomachia prudētij.

Aurelij Clemētis Prudētij Viri clarissimi Hamartigenia Id est de origine pctōrum Liber incipit
Prologus Metrū Iambicū Trimetrū Acathathalecticū Quod Archilochicū dicitur

Fratres ephebi fossor ⁊ pastor duo
Quos feminarū prima primos pcreat
Sistūt ad aram de laborū fructib⁹
Deo sacrāda munerū primordia
Hic terrulētis.ille viuis fungitur
Certāte voto discrepātes immolāt
Fetum bidētis alter.ast alter scrobis
Deus minoris cōprobauit hostiam
Reiecit illam quam parauit grandior.
Vox ecce summo missa persultat throno